

1771

1738.

1. Albinus, Dr. Henricus: Collegii Ture-consistoriorum decanus.
(Id. Venerabilissimus inaugralium . . . Friderici Florentis Rovisi
inventus)
2. Berolinensis, Gehrardus Christianus: De pari Turpitudine.
3. Baumister, Fridericus Christianus: De curis qui sensu
animi exprimere nesciunt. Vol. 3. 1735
4. Brokes, Henricus: De silatio consacrum non inferante.
5. Brokes, Henricus: De fide recentiorum litterarum
inventiarum antiquis majori.
6. Brokes, Henricus: De ant. iheresi, quatenus est
usurariae praetatis in voluntatem sanctarum clime-
nata.
- 7^a = Crollius, Christopherus Ludovicus: Usum heredo isti-
tuto intra annum post mortem mortuo subtilibus
admonitator. 2. Exempl.
- 8^a = Crollius, Christopherus Ludovicus: De jure urbes monie-
tis et munitiones reficiendis. 2. Exempl.
9. Crollius, Christopherus Ludovicus: Testimonium infor-
mationis et cibis conuentiones cum adversa parte cypri-
stic. 7. Exempl.

- 10^{a. b.} Crotius, Christopherus: De translatione mos-
tuorum per territorium alienum ad 3. § 4 D. de
septentrio violato 2 Exempl.
11. Hafermyg, Gottlob Friedemann: De artificio & genere
Ova vix Pflachs, sive Leben zu lassen.
12. Hassen, Martinus: De conditione principis qui imperio
se abdicavit.
13. Leyserus, Augustinus: Ordinarii. . . . Decans: lector.
bus saltem (et orationem solamne "Gott preise" habe
mi Gerberi iuncta)
14. Leyserus, Augustinus: De concurre superioris et inferioris
in velicto.
15. Leyserus, Augustinus: De ordo defensionis
16. Leyserus, Augustinus: De iuriis quae non facias
or finit.
17. Leyserus, Augustinus: De legitimis formam excaecationibus

18. Luescher, Martin Gottlieb: *De humana mentis*
et rationis, seu versionis ac facultatis sententiis -
in mente humana absentia
19. Lomius, Charles David: *De canticone rei in pro-*
cessu eius.
20. Sturmius, Gottlieb: *De ad lectionem minus principali-*
tate et per alterius lectionem vel appellacionis
renunciationem non explicantem
- 21^a Sturmius, Gottlieb: *De fidei et iuris penitentia defi-*
nitione et origine 2 Saec.
- 21^b Sturmius, Gottlieb: *De ratiis causarum fiziaris*
et 1. 1. pr. ff. de O. et A.
22. Weidler, Dr. Frider: *De helioscopia emendata.*
et illustrata
- 23^{a,b} = Weidler, Dr. Gottlob: *Anquis in omnibus vobis,*
cui multa prehensibilitas expecta est, altera
parte iuncta, preventa, et, rotata hac molle, rei-
lire contracta posuit? 2 Saec.

25. Wurtemberg, Iwanus Fridericus : De observationibus
siderum minorum & novis
26. Wurtemberg, I. Frider. : De reservatione nonstionis
juradicac
27. Wurtemberg, Dr. Fr. : De iure paucis in multam
concessione nobilitatis dominique jurisdictionibus
competente
28. Wurtemberg, Dr. Frider. : De finibus per virgatae mercen-
tialem non investigantibus & exceptis
29. Wurtemberg, Dr. Frider. : De finibus per virgatae mercen-
tialem non investigantibus.
30. Wurterholt, Georges et Merckel, Daniel : Methodus
probans operationes arithmeticas per novariorum
objectionem communae publicae communiantur

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA
DE

1734

6
1764

ANTICHRESI QVATENVS EST VSVRARIAE PRAVITATIS INVOLVCRVM CAVTELIS ELIMINANDA

QVAM

PRAESIDENTE

VIRO AMPLISSIMO PARITER AC CONSULTISSIMO

DN. HENRICO BROKES

IVRIVM DOCTORE

PATRONO NEC NON PRAECEPTORE SVO DEBITO HONORIS CVLTV AC REVERENTIA AETATEM SVMMO-
PERE COLEND

IN ILLVSTRIS AD ALBIM ACADEMIAE
AUDITORIO IVRIDICO

AD DIEM APRILIS A. Q. S. P. E. CIOCCXXXIV.

HORIS CONSVETIS

PVBLICO DISSENTIENTIVM EXAMINI SVBMITTET

AVCTOR

IO. AVGVSTVS GVLIELMVS SEIDELIUS

GOLSENA-LVSATVS. I. V. C.

VITEMBERGAE TYPIS EICHSFELDIANIS.

34

ANTICHRISTI
ASARIAE PRIVATATIS
INOLUGRUM
CATERIS ERMINANDY
H
DN. HENRICO BROKES
TURIA DOCUTOR
PATRONO NDO NON TRAVESTORI SAV DENTO HO
MORS CAVTA AG REVERENDA AETATIM SUMMO
TERE CONFINO
IN LIBRARIIS AD ALBUM ACADEMIE
ANDITORIO IN RIBICO
AD DIEM APRILIA V. 6. 2. 1710 CXXIX
MORS CONSISTIT
FABRICE DISSERTATIONEM EXAMINI SUBMITTET
ACCTOR
SEDELLIAS
IO. AUGUSTAS GAIETELMAS
GÖRSWY-LASVATZ LNE
MUTEMPERGAE TYSIS HIGH. BIDVINS
FABRICE
AD DIEM APRILIA V. 6. 2. 1710 CXXIX
MORS CONSISTIT
FABRICE DISSERTATIONEM EXAMINI SUBMITTET
ACCTOR
SEDELLIAS
IO. AUGUSTAS GAIETELMAS
GÖRSWY-LASVATZ LNE
MUTEMPERGAE TYSIS HIGH. BIDVINS

A SON EXCELLENCE
MONSEIGNEUR
GEORGE RUDOLPH.
DE KAYN
CONSEILLER PRIVE ET CHAN-
CELIER DE SON ALTESSE SERE-
NISSIME LE PRINCE D'AN-
HALT-ZERBST ETC.

A SON EXCELLENCE
MONSIEUR
GEORG RUDOLPH
DE KAYN
CONSEILLER PRIVE ET CHAN-
CELLIER DE SON ALTESSE SERRE-
NISIME LE PRINCE D'AN-
HALT-ZERBST ET

MESSEIGNEURS
beau-
coup au des mortels
COMME AUSSI
A SON EXCELLENCE
MONSEIGNEUR
THIERY
ERNESTE HENRY
DE LINSINGEN

SEIGNEUR DE BOVRGVALDE
CONSEILLER PRIVE ET VICE-
CHANCELIER DE SON ALTESSE
SERENISSIME LE PRINCE D'AN-
HALT-ZERBST ETC.

MESSEIGNEURS,
COMME AUSSI
A SON EXCELLENCE
MONSIEUR
THIERRY
ERNESTE HENRY
DE LINSIGEON

LA splendeur et la magnificence, qui reluisent sur nous de la vertu de nos Ancêtres, et leurs grandes actions excitent une admiration incroyable dans la posterité. Ceux, qui tirent leurs origines de ces grands hommes, se croient les plus

41.

plus heureux du monde et beau-
coup au dessus des autres mortels,
parcequ' ils se voient produits
d'une race si distinguée et si noble.
Mais en considerant tout celà de
près il faut que j' avoie , que le
propre merite et les services utiles,
qu' on a rendus au public, feront
toujours capables de rendre l'hon-
neur plus evident et la splendeur
plus éclatante. Qui ne voit pas,
que c' est là le plus sûr moyen
d' augmenter le lustre acquis de
ceux, à qui nous devons la naiss-
fance ? C' est pourquoi VOS
EXCELLENCES agréeront gracieusement , si je prens la liberté
de dire, que ni la gloire acquise
par LEURS illustres Ancêtres ni
quelque autre motif ne m' a inspi-
ré l' ardent desir de LEUR te-
moigner

moigner tous les sentimens d'estime et de respect imaginables, que j'ai pour ELLES et pour LEURS illustres Maisons, mais la seule considération de LEURS vertus et toutes les rares et nobles qualités, qu'ELLES font paroître journallement par LEURS services considerables, qu'ELLES rendent à l'Etat. On me reprochera peut-être que LEURS personnes venerables me soient peu connues, et que je n'ai pas eu l'honneur d'admirer de près LEURS grandes capacités; Mais il m'est facile de répondre à celà, puisque la renommée des soins paternels, qu'ELLES ont pris des intérêts des sujets, s'est repandue bien loin, et est par consequent parvenue jusqu'à moi; C'est cette même glor-

glorieuse reputation, qui me porte à offrir très humblement à VOS EXCELLENCES comme une marque du profond respect, que je LEUR dois, les primices des progrès, que j' ai faits jusqu' ici à l' academie, et qui consistent en la Dissertation présente de „An-
„tichresi, quatenus est usurariae pra-
„uitatis inuolucrum, cautelis elimi-
„nanda, à la tête de laquelle j' ai osé mettre LEURS illustres Noms, pour lui servir d' ornement, et de protection. Je me flatte de la bonne esperance, que VOS EXCELLENCES regarderont des yeux favorables les lignes, que je LEUR recommande avec toutes sortes de respets et de soumissions, et que par LEURS protections ELLES daigneront contribuer beaucoup au bonheur de ma vie.

Je

Je me i reposé entierement sur
LEURS bonnes graces et bienveil-
lances si généralement connues,
et je me croirois très heureux, si
ELLES m'accordoient la permis-
sion de LEUR faire connôitre
dans la suite, que personne ne
brûle d'un desir plus ardent que
moi d'être avec toute la soumis-
sion et vénération imaginable,

MESSEIGNEURS,
DE VOS EXCELLENCES

à WITTEMBERG le XVII.

Avril 1734.

le très humble et très devoué ser-
viteur

JEAN AUGUSTE GUILLAUME
SEIDEL.



PRAEFAMEN.

Non dubito, fore plerosque, Lector benevolus, qui praefens dissertationis meae argumentum magna magnorum, quos undique souent Republicae, Iureconsultorum mole, aut non satis dignum, aut non eo, quo dignum fuerit, mentis acumine ac perspicacia elaboratum existiment. Nec ignoro, miraturos multos, cur ipse iamiam animum ad scribendum appulerim. Sed hi erunt, qui nihil uerum, nihil utile, nihilque rectum, nisi, quod Pythagoraeo illi silentio conueniat, putabunt. Dolendum maxime, id nostris moribus nefas quandoque iudicari, si, qui doctrinis adhuc imbuuntur, suae ipsorum indagationi paulisper indulgeant, cum dissentium magis, quam docentium uice defungi, peritorum aequa ac aetate prouectionum uestigia sequi, et, quicquid illi aut recti, aut minus recti iudicauerint, colere ac tueri deceret. Licit uero iuuenilis aetas, animum ad scribendum applicans, non semper omnia acutangat; attamen cum Poëta canente:

... Nec iuuenis contemseris annos

A 2

neque

PRAEFAMEN.

neque conatus iuueniles reprehendas uelim. Me quidem non latet, Romanos ueteres Iurisprudentiae cultoribus certum temporis spatium, studiis iuridicis tractandis excolendisque destinatum, praescripsisse. At, cum horum uestigia non ita strictim sequamur, sat recte, satque eleganter Cl. HEINECCIVS asserit, uetus hocce inuentum ad monstra scholastica pertinere. Conf. ei. *Syntagma Antiquum Rom. ad Institutum proem. f. 45. not. p.* Facile igitur, Lector beneuole, perspicies, me hisce factis obiectionibus haud immoraturum, maxime, cum praesens, quod uides, dissertationis meae genus non aucupandae gloriolae, sed necessitatis, qua instituti mei ratio id iure sibi vindicat, causa a me proditum existimes uelim. Cum enim uires meas differendo experiri gestiam, officio meo non putauit satis defungi, si disputasse quidem, ipsum tamen, de quo disceptandum foret, specimen non elaborasle uiderer. Te saltem rogo, ut qualescumque hasce studiorum meorum primitias Tua serena fronte dignari, et, si forsan per uires meas haud steterit, ipsam rem pro dignitate enucleare, me quoque hominem esse, nec aliquid humani a me alienum putare uelis. Quod si abs Te consecutus fuero, me praesenti labore sat subleuatum iri sperabo. Vtere Tuo, ego utar meo iudicio. Vale.

DISSER-



DE ANTICHRESI
DISSERTATIONIS

DE
ANTICHRESI
QVATENVS EST
VSVRARIAE PRAVITATIS INVO-
LVCRVM CAVTELIS ELIMI-
NANDA

§. I.

S Ago togaque clarissimam gentem Romanam, quae publicae suae stabilienda saluti inter ceteras maxime omnes mirifice operam dedit, haud exiguo mutui amoris, benevolentiae et coniunctissimae amicitiae foedere, sanctitateque inclaurisse, constat. Tacebo ea, quae hac de re VALE-
RIVS MAXIMVS in medium profert, qui non modo amicitiam maxime commendat, uerum etiam uaria Romanorum, arctissimo amicitiae uinculo iunctorum, exempla communicat. Confer. *Libr. IV. c. 7.* Moneo saltem, post CAIVM VELLEIVM PATERCVLVM, TACITVM, PLINIVM, SVETONIVM, PLAVTVM, ENNIVM, TERENTIVM, ceterosque rerum, penes Romanos gestarum, scriptores, unicum illum uerae amicitiae vindicem, CICERONEM, luculentissima Romanae amicitiae testimonia prodidisse. Hic non modo amicitiam omnium diuinarum ac humanarum rerum cum benevolentia et caritate summa coniunctam confessio nem nominat, uerum etiam, excepta sapientia, nihil melius hominibus a Diis immortalibus datum esse, fibi persuadet. Imo totus apud CICERONEM LAELIVS Ro-

6 DE ANTICH. QVAT. EST VSVR. PRAV. INVOL.

manae amicitiae testis existit. En uera Romanae amicitiae indicia, inuiolabilia mutuae benevolentiae iura, quae si pluribus perscripta legere amaueris, uideas Magnif. Dn. CRELLII pereruditam. *Dissert. de omni culpa in negot. gest. iudic. praest. s. 1. sequ.*

§. II.

Iam non miror, si Romani hoc insignis amicitiae documentum ad publica traxerint negotia. Inde factum, ut ipsi multos, contractus GRATVITOS statuerint. Exempla huius rei habes in commodati; §. 2. I. quib. mod. re contrab. oblig. depositi. L. XXXIV. D. Deposit. mandati, §. 13. I. Mandat. L. I. s. 4. D. b. r. it. L. LVII. §. 3. b. r. negotiorum gestorum etc. L. XXXVIII. D. b. r. contractibus. Inter omnes eminent contractus mutui, in quo haud obscure monemur, populum Romanum maxima sanctae et inuiolabilis amicitiae signa sibi inuicem exhibuisse, cum huic mutuo peculiarem, qua GRATIS celebratur, naturam indere sibi uolupē duixerit.

§. III.

A fērta eo magis probantur, si attendamus, Romanos foenus pariter ac foeneratores odio uatiniano prosecutos fuisse. Verissimum perhibet testimonium NON. MARCELLINVS V. 70. his uerbis: *Foenus sumere dedecet*. Pertinet hoc sententia TULLII, qui, dum artifia et quaestus, qui liberales habendi, quine sordidi sint, enumerare laborat; *Primum, inquit, improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurvant, ut porritorum et FOENERATORVM conf. ei.* Libr. I. de offic. cap. 42. in pr. Simili ratione MARCVS CATO

CATO in praef. de re rustic. foenebre illud malum his depingit uerbis: *Eſt interdum praefans mercatoris, rem querere, ni tam periculofum ſiet, et idem FOENERARI, ſi tam boneſtum; Maiores enim noſtri ſic habuerunt, et ita in legibus poſuerunt, ſurem dupli condemnari, FOENERATOREM quadrupli.* Non dubitabis amplius, ſi modo in memoriam reuoces famofum illud, quod a Mace-done foeneratore, homine, ad quaeuis feclera parato, nomen fortitur, Senatus-Consultum, quod in edi-um foeneratorum introductum legitur.

§. IV.

Inexplebilis foeneratorum habendi cupido ſua habuit fata. Licet enim intra angustos limites subinde hoc habendi ſtudium coerceretur, uſque tamen re-cruduit. Inde non mirum, ſi Leges Romanae eidem plus uice simplici obuiam ire ſtuduerint. Legibus XII. Tabb. diſpoſitum reperio, ne quis unciario foenore amplius exerceret, poena quadrupli in transgresſores ſtatura. u. GODOFRED. in Fragm. LL. XII. Tabb. XV. 2. it. TACIT. Annal. VI. 16. it. HEINECC. in Syntagma. Aniquit. Rom. ad Inſtit. Libr. III. XV. §. 7. Sed illa legis XII. Tabb. prohibicio uel minus diu uigebat, uel neſcio, quibus excogitatis fraudibus eludebar-tur. Lata inde Lex Licinia, teſte LIVIO Libr. VI, c. 35. conf. HEINECC. l. c. f. 8. Deinceps Lex XII. Tabb. ita mutabatur, ut uifurac ad ſemiuncias tantum redi-gerentur. TACIT. Lib. VI. c. 16. GODOFRED. in Fragm. l. c. LIV. VII. 27. HEINECIVS l. c. p. 10. Accede-bat Lex Genicia, ſtatuenſ, ne foenerari liceret. LIVI Lib. VII. c. 42. Hinc TACITVS Annal. VI. cap. 16. fate-tur, poſtremo uerſuram uifuram uetitam. conf. GODO-FRED. in Fragm. XII. Tabb. Nihilo tamen ſecius gens

Roma-

Romana saepissime de foenore conquerendi ansam nanciscebatur, cum persuaderetur, Romanos quidem Lege Genucia teneri, non uero Latinos. Inde factum, ut Romani quantascunque usuras, in socios, Latinosque nomina transcribendo, sibi promittendas carent, conf. L. IV. Lib. XXXV. c. 7. Huic fraudi obicem posuit Lex Sempronia, statuens, ut Genucia Lege ciues pariter ac socii, Latinique promiscue obligentur. L. IV. l. c. conf. HEINECCIVM, l. c. §. 12. Crescente successu temporis foenebri malo, centesimae usurae pro legitimis habebantur, L. ult. C. usur. rei iudic. HEINECC. l. c. §. 13. donec Iustinianus per Legem XXVI. §. 1. C. usur. certam usuras capiendo normam praescripsit. Ex his colligere licet, Romanos in mutua amicitiae officia propensos fuisse, foenus autem in maximo odio habuisse.

§. V.

Sic mutuum foenori opponitur. Mutuum est contractus realis, quo rei fungibilis dominium in alterum GRATIS transfertur, hac lege, ut tantundem in genere restituatur. Pr. I. quibus mod. re contrab. oblig. L. II. pr. §. 1. et 2. D. rebus credit. L. III. b. r. LUDOVICI in Pandect. Tit. de reb. cred. §. 9. et 14. Iam foenus a mutuo remouetur, cum usurae, quoad casum regularem, plane non exigantur. Optime rem explicat NONIUS MARCELLINVS, V. 70. qui ita dicit: *Mutuum a foenore hoc distat, quod mutuum sine usuris, foenus cum usuris sumitur, et est accepti foetus, unde et foenus dictum est.* Imo non ineleganter CL. HEINECCIVS l. c. §. 4. cum GERH. NOOTIO de foenorib. et usur. l. 6. mutuum ad contractum commodati, foenus ad locationem conductionem accedere putat. Comparatiue hoc fit, et sic

sic ista similitudo ultra tertium comparationis haud est extendenda. conf. M. Ioh. FRIDER. HOHMANNI *Dissert. inaugur. on usurae ex mutuo non tantum ob pactum ex moram, sed et propter naturam contractus soluenda?* Cap. II. §. 7. et 8. conf. BEYER. *Delin. Iur. Civ. ad Pandect. Lib. XII. Tit. I. de reb. credit. pos. 2.*

§. VI.

Debentur tamen usurae uī stipulationis in omni contractu, et sic etiam in mutuo, fatente PAVLO, *Rec. Sent. Lib. II. Tit. 14. L. III. C. usur.* Hodie Pactum de usuris soluendis interuenisse sufficit, cum solenni uerborum obligatione hodie non indigeamus, et sic usurae ex pacto, aequae ac olim ex stipulatu, recte exiguntur. BEYER. *Delin. Iur. Civil. ad Inst. Libr. III. Tit. 16. de Verb. Oblig. Pos. 3. et 4. it.* LAVTERBACH. *C. I. in Tit. de reb. credit.* Lit. E. u. LUDOVICI *Pandect. Tit. de usur. §. 2. it.* *Tit. de pac. f. 2.* Addo, ex mora hodie debitorum ad soluendas usuras obligari. *Recess. Imp. de an. 1600. f. So viel nun. ac Rec. Imp. de an. 1654. §. Anreichen. u. BEYER. Delin. Iur. Civ. L. III. Tit. 14. et 15. de Oblig. et contract. real. posit. 40. it.* *Tit. de rebus credit. ad Pand. pos. 3.* LUDOVICI *Pand. Tit. de rebus credit. §. 14. it. in Tit. de usur. f. 2.*

§. VII.

His positis, in moralitatem usurarum, praemissa illarum definitione, inquiramus. Sunt usurae, quae nostratis audiunt, **Dinsen**, certi ac legitimi redditus creditori pro usu sortis, seu quantitatis debitae, a debitorum soluendi. *L. XCIV. §. 1. D. ad Leg. Falcid. L. XXIV. D. de usu et usufi. L. LVIII. §. 6. D. ad SC. Trebell. L. XXIII. et XXVIII. C. in f. de usuris.* Me, quidem non fugit,

dari doctores, qui alias atque alias definitiones substituant huic definito, quorum pro suo quisque conceptu modum statuere amat. Alii generis loco augmentum, alii additamentum, alii pecuniam, conf. LAVTERB. C. I. Tit. de usur. Lit. D. accessionem alii, uocem in primis in iure cognitam, L. XII. C. b. r. L. III. C. de SC. Maced. L. XXIV. et XIV. de fideic. lib. conf. LVDOV. Pand. Tit. de usur. §. 1. it. DN. DE BERGER. In Diff. select. Disp. alleg. de usur. §. 3. alii pretium, incrementum, compensationem adhuc alii, defungi malunt. Sunt quoque, qui usuras mercedem esse, cum WISSENBACHIO propugnant. u. STRYK. in Annot. ad LAVTERB. Tit. d. usur. Res tamen ad idem reddit, et sic hubentissime quemlibet suo abundare conceptu patimur.

§. VIII.

Dum uero usurae certos et legitimos reditus pro usu fortis continent, (§. VII.) tales, quales nostris legibus determinatos deprehendimus, praesupponantur. His si seruentur, nihil impedit, quo minus usurae pro usu concessi mutui iure exigantur.

§. IX.

Non ignoramus, ingentem Theologorum, aequac
tac fureconsultorum existere numerum, qui usuras legibus diuinis, naturali scilicet, et reuelatae repugnare adstruunt. Contrarium tamen ueritate nititur. Iuxta ius naturae iam ueterum nonnulli eas in dubium vocasse uidentur. Sic enim Aristoteles, Lib. I. Polit. c. 6. et 7. foenus ideo inter res illicitas referebat, quia foenus exigere contra naturam esset, eo quod pecunia suapte natura sit sterilis. Sed infelici huic

CAVTELIS ELIMINANDA.

huic dubitandi rationi, omni ex parte obuiam iuit Celeberrimus HENRICVS COCCIVS in Diff. de Anarocismo §. n. Hicce enim, quamuis fructus ex pecunia natura non peruenire concedat ex L. LXII. D. de R. V. opera tamen, commercioque hominum inde perduci posse, ex L. III. D. de usfr. eor. rer. L. XV. D. de aliment. legat. docte non minus, quam eleganter enucleat. Nec in contrarium moueor a PLATONE, qui Libr. V. de Leg. nullus, inquit, der pecuniam sub foenore, olioquin neque licebit usuram, neque sortem repetere, cum cordatiores Philosophi iustitiam et iniustitiam usurarum ex sine facili negotio declarant. conf. AVGUST. FRIED. MÜLLER'S Einleitung in die Philosophischen Wissenschaften. III. Theil. Von Natur und Völker Recht. Cap. 8. Von Pflichten gegen uns selbst. s. 5. Annot. u. it. Cap. 10. Von Pacten und Verträgen. p. 378. seq. ibid. it. Cap. 19. Von den Regalien. p. 640. ibid. u. GRIBN. Principia Iurisprud. natur. Lib. IV. Cap. 3. s. 6. et n. 3. Tesmar. in Commentar. ad Grot. Lib. II. Cap. 12. qua ratione uero usurae Iure naturali sint toleranda. u. PVFEND. de offic. bom. et Ciu. Cap. 15. de Contractibus, qui preria etc. ibique TREVERVM in not. 1. Circa ius diuinum reuelatum obiiciunt varia scripturae sacrae loca, quibus prohibitionem usurarum euincunt. Taceo breuitatis studio responsiones aliorum. Moneo saltem, eadem loca, uel de immodica usurarum exactione, uel de obligatione hominis imperfecta, non perfecta, loqui.

§. X.

Humanas leges si consulamus, certum est, iure ciuili usuras approbari. L. XXVI. s. 1. C. de usfr. L. III. C. eod. Iure Canonico, usurae simpliciter damnatur. caus. XIV. qu. 3. et 4. clement. un. §. 2. de usfris. Ac-

12 DE ANTICH. QVAT. EST VSVR. PRAV. INVOL.

cesserunt post CLEMENTEM V. uariae pontificum constitutiones prohibitiuae. CHERVBINVS in *tomo. II. magni Bullarii romani p. 1. p. 325. p. 557. etc.* Iure Imperii legitimae usurae admittuntur per *Recess. de an. 1530. 1541. 1550. 1570. 1577. Tit. von Wucherl. Contracten.* Idem sentiendum quoad Ius Saxonum. u. *Torgauisch Aus- schreiben d. an. 1583. Tit. von Wucherl. Contract. §.* Es ist aber *rc.*

§. XI.

Cauendum saltem, ne usurae modum legitimum excedant. Hunc partim Ius ciuale, in *L. XXVI. f. 1. C. usur. partim Lex Imperii, in Recessu de an. 1654. §. Vir reichend. partim Lex Saxonica, in Torgauisch Aus- schr. d. an. 1583. Tit. von Wucherl. Contracten §. haben wir. Mandat. Electorali, de die 30. Aug. 1671. praescribunt.*

§. XII.

Iam patet, usuras in infinitum usque extendi non posse. Sicut enim modi et certi fines earundem exactioni sunt statuti; ita e contrario, si hos transgrediaris, usurae in immodicas, illegitimas, legibusque prohibitas degenerant.

§. XIII.

Creditor, immodicas usuras accipiens, usurariae praeuitatis maculam fibi inurit. Nam delictum est, si quis ultra modum, aut lege, aut consuetudine determinatum, usuras interdum simulo, uel duplo maiores extorqueat.

§. XIV.

Inde, non modo pactum, de usuris immoderatis praestandis interpositum, est ipso iure nullum; *Ord. Polit. Imp.*

... CAVTELIS ELIMINANDA. MA 30 13

Imp. d. an. 1577. Tit. 17. uerum etiam grauissimae in hoc
delictum iure statuuntur poena. Notatur poena in-
famiae. L. XX. C. ex quibus caus. infam. irrog. Notatur a-
missio iuris testandi. Capit. 2. usur. in 6to. Notatur de-
negatio honestae sepulturae. Cap. 3. et 5. X. usur. Cap. 2.
usur. in 6to. Notatur amissio quartae partis ipsius for-
tis. Ord. Polir. Imp. 1577. Tit. 17. Soll den vierdten
Theil an seiner Haupt Summa verloren ic. TITI-
TIVS in Iure priu. §. 28. p. 579. BRVNNE M. ad L. XXVI.
D. de Condict. indebit. Notantur aliae poenae. confer. Diff.
GERDESI. de poen. usurarioe prauitoris, et D. N. DE BER-
GER. l. c. §. 11.

§. XV.

Sed, cum in legum maxime fraudem infinitae pro-
pemodum artes, ingenii peruersissimorum subin-
de hominum excogitentur, ita, ut uariae ac intol-
erabiles fere artes, circa eludenda expressa legis
uerba, occurrant; sic, uel in euitandis usurariae pra-
uitatis poenis, pestilentissimam illam usurariorum
cateruum tam argute uersari deprehendes, ut tot
modis, torque negotiis sceleris sua dissimulare
confueerint. Conf. STRYK. Vf. Modern. Pand. Tir.
de usuris §. 30. Omnes palliatos usurariae prauitatis mo-
dos recensere difficile est. Iuuabit tamen unum, al-
terumque attingere.

§. XVI.

Usuraria prauitas committitur uel directo, uel per
indirectum. Directo committitur ab omnibus,
qui immodicas usuras accipiunt. Indirecto exercetur,
si quis immodicas usuras sibi non quidem expresse
stipuletur, eas tamen per ambages, inuoluera, frau-
des,

des, contractus simulatos soluendas curet. Pertinet
huc, si quae res uendatur ea lege, ut post certum tem-
pus restituatur, et simul quid ultra sortem soluatur.
Capitul. 4. X. pign. conf. III. Dn. LEYSER. ad Pand.
spec. 247. Med. 5. Non raro etiam per indirectum usu-
aria prauitas committitur circa annuos reditus, si sci-
licet illi quantitatem Legibus definitam superent. Imo
nonnunquam usuraria prauitas sub specie donationis
remuneratoriae latet. Illustr. Dn. LEYSERVS *ad*
Pand. spec. 247. Medit. 2. Aliquando transactiones sunt
usurariae prauitatis pallia. Illustr. Dn. LEYSERVS *ad*
Pand. spec. 247. Med. 6. Inprimis huc facit antichresis,
qua usurariae prauitatis crimen inuestiri, et occultari
plus uice simplici confueuit.

§. XVII.

Ordine ad Antichresin, quae ad nostrum institu-
tum pertinet, iam delati, de natura ac indeole il-
lius sumus solliciti. Inprimis noscere oportet, uocis ori-
ginem Graecis deberi, cum antichresis ab *avri*, con-
tra, et *χράμας*, utor, descendat, ac ui uocis contrari-
um et reciprocum alicuius rei usum, seu contrafatu-
tionem, *Gegenutz*, inuoluat. u. *Fabr. Lexic. p. 225. edit.*
nou. et Pasor in Lexic. Nou. Test. p. 73. L. XI. §. 1. D. de pign.
COCCEIO displicet contrarii usus significatus, qui eo
fine in *Dissert. de Antichresi* *§. 1. et 2. seq.* *SALMASIVM*
atque *VINNIVM* notat, et loco huius significatus, nu-
dum rei usum substituit. Sed absque ratione. Con-
trarius enim rei usus, oppositione ad usum pecuniae
facta, antichresi re uera inest. Inde, praeter necessi-
tatem, a nativo ipsius uerbi significatu recedere non
debet.

§. XVIII.

§. XVIII.

Certum est, antichresin in Iure nostro non uno, eodemque respectu accipi; sumitur enim uel pro re ipsa in antichresin concessa, L. XXXIII. D. de pign. Act. uel pro iure antichrefoes. Confer LAVTER. Diff. de Iure Anticbres. §. 4. Posterior significatus est huius loci.

§. XIX.

Interea, cum omnis, quae a ratione suscipitur de re aliqua, institutio debeat a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, teste omni fide maiore CICERONE, u. ei. Offic. Lib. I. Cap. 1. ordinem, circa dissertationes receptum, sectantes, tribus antichresin definiemus. Est eadem usus rei, creditori & debitore loco usurvarum concessus.

§. XX.

Constituitur eadem, uel per modum ultimae voluntatis, uel inter uiuos, per conuentione scilicet et subsecutam traditionem. LAVTER. Diff. de Iure Anticb. §. 11.

§. XXI.

Conuenio est uel expressa uel tacita. Inde datur antichresis expressa; datur tacita. CARPZOV. P. II. Confit. 30. Defin. 40. Expressa contrahitur antichresis, si partes uerbis expressis de hac, uel illa re usurarum loco ad usum concedenda, suum consensum declarent. L. XIV. et XVII. C. usur. conf. BOEHM. Pandect. Lib. XIII. Tit. 7. STRVY. Exercit. 19. lib. 52. LAVTER. C. I. Lib. XIII. Tit. 7. depign. act. Lit. A. Tacite eadem contrahitur, si ex factis negotium antichreticum colligatur.

colligatur. Pertinet huc, si pecunia gratis mutuo data, res, quae fructus fert, pignori tradatur. Tunc eo ipso censetur conuentum, ut fructus loco usurarum et compensationis liceat retinere. Conf. Leg. VIII. D. in quib. cauf. pign. tacit. IACOB. CVIACIVS L. VIII. Obseru. 17. CARPZOV. 4. e.

§. XXII.

Non desunt Iureconsulti magni nominis, qui tacitam antichresi negant, quos inter notari mereatur. **COCCEIUS.** Hic tacitam Antichresi remouet ex ea ratione, *qua perpetuo (utar uerbis COCCETII) iure ac cooperatoribus doctorum suffragiis constat, fructus rei oppignoratae non usurarum loco retinendos, sed in sortem computandos esse, iuxta L. I. L. III. L. XII. C. pign. act.* hinc, debitum, si fructus percepti sortem aequent, ipso iure tolli, addit ex L. I. C. disfracr. pign. u. *Dissert. ei. I. c. §.* 16. At enim uero allegatae leges non tam de antichresi, quam de solo iure pignoris, quod illam non semper infert, loquuntur. Esto autem, easdem ad antichresi aliqua ex parte posse trahi, sciendum, quamlibet legem pro substrata materia explicari decere, ita ut dictae leges de immodica fructuum perceptione, non de modica, sint intelligendae. Sola L. VIII. D. in quibus cauf. pign. uel hypoth. tac. contrab. asserta COCCETII destruit. Verba legis haec sunt: *Cum debitor gratuita pecunia uratur, potest Creditor de fructibus rei sibi oppignoratae ad modum legitimarum usurarum retinere.* Ultima uox: **R ETINERE**, Cocceio adhuc contradicendi praebet occasionem, iudicanti, quod per illam Legem VIII. non tam fructus rei antichretiae, usurarum loco, percipere liceat, quam **R ETINERE** potius, scilicet, non nisi OB MORAM. u. ei.

CAVTELIS ELIMINANDA.

*ei. Differt. l. c. §. 17. usque ad fin. Taceo HOTOMAN-
NVM, uoci: GRATVITA, in lege occurrenti, uo-
cem: NON, addentem, aliosque in lege tam clara,
tamque perspicua, in diuersa abiisse. Moneo sal-
tem, COCEIANAM legis interpretationem solido fun-
damento destitui, cum non uerba legis aucupari, sed
uim ac potestatem illius attendere deceat.*

§. XXIII.

Concedit antichresin debitor, mutuam pecuniam
accipiens. Hic liberam rerum suarum admini-
strationem habeat. Inde pupilli, furiosi, prodigi, alii.
que homines, qui rebus suis supereffe haud possunt,
excluduntur.

§. XXIV.

Posito debitore, ponitur Creditor, antichresin ac-
piens. *L. XVII. C. de usur. LAVTERB. in diff. l. c. §. 20.*
Creditor in latiori significatu accipitur. *L. XII. D.
de V. S. L. XVI. §. 2. D. qui et a quibus manum.* Ceterum talis requiritur creditor, cui fructuum ipsius rei
percipiendorum facultas a debitore permissa fuit; si
fecus, eundem furtum committere, ex *L. LIV. D. de
furt. et §. 7. I. de obligat. quae ex delicto nesci. constat. Conf.*
LAVTERB. Differr. §. 15.

§. XXV.

Res in antichresin datur non quidem omnis, sed ea
tantum, quae ad usum, fructusque percipiendos
habilis reperitur. Inde uerstatur hoc negotium circa
res fructiferas. *LAVTERB. l. c. §. 23.* Nihil uero inter-
est, utrum sint res corporales; an incorporales. *L. XI.
§. 1. et 2. D. de pign.* Nec refert, utrum sint res mobiles;
an immobiles.

C

§. XXVI.

§. XXVI.

Forma ipsius negotii consistit in usu rei, loco usura-
rum concessio. Non innuimus eum usum, qui
in L. X. s. 1. D. de usu et habit. fundatur; sed eum usum,
qui perceptione fructuum absolutitur, indicamus. Nec
interessit, utrum fructus sint naturales, hique, uel in spe-
cie tales, uel industrielles; an sint ciuiles.

§. XXVII.

Ille, qui ex antichresi in credito redundat, usus
ex partium uoluntate dependet, quae non raro per
pacta atque conuentiones fines modosque utendi sta-
tuunt. Iam, prouti fructus per conuentione ad
certam quantitatem sunt restricti, uel non; usus de-
terminatus, uel indeterminatus existit. Conf. LAV-
TERB. *Dissert. I.c. s. 13. et 40.*

§. XXVIII.

Enascitur ex notissima illa doctorum diuisione fru-
ctuum in certos et incertos alia usus distinctio.
Scilicet, fructus certi sunt, qui certam ac determinata-
m aestimationem habent, nec non uniformiter quo-
tannis percipiuntur; incerti uero sunt, quorum quan-
titas nunc augetur, nunc diminuitur. u. LAVTERB.
C. I. Tit. de pign. act. p. m. 231. item, ei. Dissert. I.c. s. 44.
BERLICH. *P. II. Conclus. 170. n. 24.* CARPZOV. *P. II.*
Confit. 30. Def. 40. Iam, prouti fructus sunt uel certi,
uel incerti, ita usus, circa antichresin concessus, est
uel certus, uel incertus.

§. XXIX.

Vusus excludit ipsum dominium, quod debitori
saluum relinquitur. Inde antichresis differt a
con-

contractu retrouenditionis, circa quem usus et dominium coniunctim transferuntur. Imo eadem ab annuis redditibus secernitur, cum circa hos quantitas sortis, pro illis solatae, iure dominii acquiratur. Simili ratione antichresis distat a fiducia, in qua itidem rei uenditae et sub fiduciae pacto mancipatae dominium confessim ad emtorem transibat. Conf. GVNDLING. de Iure oppignor. Territ. §. 70. et STRAVCH. Differ. de op-pignorat. territ. Cap. 1. §. 3. conf. HEINECC. Antiquit. Rom. ad Inst. Lib. I. Tit. 12. §. 9.

§. XXX.

Idem usus pignoris iure destituitur; adeo, ut antichresi per se ius pignoris haud insit. Hinc sit, ut antichresis non actionem hypothecariam tribuat, sed nudam potius actionem in factum. L. XI. §. 1. de pign. conf. COCCII Differ. de antichres. §. 5. Errant igitur, et uehementer errant, qui cum LAVTERBACHIO, u. ei. Differ. l. c. §. 6. it. et. C. I. p. 237. Lir. A. omni antichresi pignus inesse iudicant, ita, ut obiectum antichreseos essentiale rem oppignoratam adstruant. uid. DN. DE BERGER. Oecon. Iur. Lib. III. Tit. 2. §. 15. not. 1.

§. XXXI.

Eo tamen ipso non negamus, quod obiectum antichreseos res oppignorata esse possit. Affirmamus potius, utrumque concurrere posse, ita, ut pignus cum pacto antichretico constituantur. Hoc pactum, contractui adiectum, tanquam pars contractus, ipsius contractus naturam induit, L. VII. §. 5. D. de pacr. adeoque actio pignoratitia, L. XXXII. D. de pign. act. aut pro re natâ hypothecaria, locum inuenit.

-TOMI

C 2

§. XXXII.

§. XXXII.

Finis antichrefoes est compensatio usurarum. Inde cauendum sedulo, ne pestifera usurariae prauitatis labes, summ. opere fugienda, se se insinuet. Insimul apparet, antichresin ab illo negotio discedere, quo rei usus, non in compensationem usurarum, sed in compensationem debiti conceditur. L. XXXIX. D. de pignor. act.

§. XXXIII.

Breuissimis effectus antichrefoes addamus. Hi pro diuersarum personarum qualitate alii sunt, atque alii. Creditor 1.) rem, in antichresin concessam, posfidet; L. XI. §. 1. D. de pign. L. XXXIII. D. de pign. act. LAVTERB. l. c. §. 34. 2.) re utitur; L. XIV. et XVII. C. de usur. L. XI. §. 1. D. de pign. u. LAVTERB. l. c. §. 37. ita tamen, ut fructus non ipso iure acquirat, sed percipiendo demum faciat suos, L. XI. §. 1. D. l. c. quamdiu enim fructus pendent, tamdiu pars fundi sunt, L. XLIV. D. de R. V. et in dominio eius, ad quem fundus pertinet; L. XII. §. ult. D. de usfr. LAVTERB. l. c. §. 38. 3.) facultatem utendi alii concedit; L. XI. §. 1. D. de pignor. 4.) curam et custodiam rei antichreticae suscipit, ita, ut re utatur tanquam bonus pater familias, L. LXV. D. de usfr. ac propficiat, ne ius antichrefoes fiat deterius; L. VII. C. de pign. act. inde 5.) culpam leuem praefstat, L. V. §. 2. D. commod. LAVTERB. Differt. l. c. §. 51. 6.) nec non impensas fructuum sustinet, non rerum impensas, quae, si necessariae, uel beneficio retentionis, uel actione pignoratitia contraria seruantur; L. VII. pr. D. de pign. act. L. VII. C. eod. si utiles fuerint, itidem repetuntur; L. XXV. D. de pign. act. LAVTER. l. c. §. 54. 7.) omnia onera realia soluit, tam ordinaria, quam ex-

traor-

traordinaria. arg. L. II. C. de annon. conf. LAVTERB. *Dissert.*
L. c. §. 55. Debitor, licet uel maxime usum rei in alterum deriuauerit, ipsius tamen rei traditae dominium retinet, periculum rei, perinde ac fructuum sustinet, nec non impensas, in rem factas, restituit. L. VIII. pr.
D. de pign. act. L. VII. C. eod. tit.

§. XXXIV.

Quorsum uero isthaec omnia? cui scopo? cuique denique fini? Scilicet, ut, perspecta antichrefeos natura, facillime de illius moralitate ac usurariae prauitatis inuolucro, quod illam non raro ambit, iudicare liceat. Quaeritur ergo, an antichrefsis inter illicita et iniusta negotia referri mereatur?

§. XXXV.

Equidem antichrefsis, in se considerata, nihil iniusti, nihil illiciti praefert. Inde omnes, quibus illa obruitur, calumnias et obiectiones meas non facio. Nec in omnibus MOLINAE o assensu praefeo, qui hoc negotium impugnare, passim tamen citra solidam rationem, tentat. conf. *ipsius Tract. de commerc. ac iur. p. 308.* Hoc tamen certum, quod antichrefsis, hominum artibus corrupta, subinde usurariae prauitatis sit palium.

§. XXXVI.

Ipsa fructuum incertitudo usurariae prauitatis inuolucrum praebet. Rem consideres, quomodo cunque uelis; alterum tamen annum altero subinde abundantiorē esse, perspicies. Inde non raro accidit, ut eo ipso, quo fructuum quantitas, quam creditor usurarum loco lucratur, incerta admodum esse ani-

madueritur, eo ipso, inquam, plus uice simplici, a creditoribus plus iusto accipiatur. *Accedit* incertus et quotannis fere variabilis fructuum ualor, qui sat opportunam fraudibus et circumueniendis legibus haud raro praebet occasionem, ac rapacitati foeneratorum materiem subministrat, utpote quibus ualde proclive erit, quanti plurimi fructus sint, accipere, sed quam minimi acceptos ferre. u. *MOLINAEVS* in *Tract. commerc. et usur. p. 79. et 80.*

§. XXXVII.

Docet id porro fauor legalis, qui, licet uel maxime maius uera usurarum quantitate capiatur emolumen-
tum, antichresin haud rescindendam curat. Euol-
uas saltē *L XVII. C. de usur.* asserti huius testem, et
perspicies, ansam tegendi usurariam prauitatem sup-
peditari.

§. XXXVIII.

In uoluerum usurariae prauitatis fouent diuersae, eae-
demque passim iniquae, doctorum circa antichre-
sin opiniones. Video, multos cum *STRVPIO, Exerc.*
19. lib. 52. inter antichresin expressam et tacitam distin-
guere, addentes, circa illam excessum non attendi,
sed tolerari magis, neutiquam uero circa hanc. conf.
BOEHM. Pand. Lib. XIII. Tit. 7. p. m. 356. CVIAC. Lib.
VIII. obseru. 17. Atenimuero legis dispositio, hanc dis-
tinctionem probans, deficit. Illud quidem non igno-
ro, tacitum et expressum alias in iure nostro unum,
idemque operari. Idem ergo et ad antichresin, siue ex-
pressam, siue tacitam, applico. Vtrobique adeſt incer-
titudine fructuum; utrobique oritur usuraria prauita-
tas; et sic utrobique existit peccatum.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Alli distinguunt circa antichresin inter excessum modicum, et immodicum. Priorem tolerant, posteriorem damnant. CARPOV. P. II. C. 30. d. 40. Sed omne quod excedit, est immodicum. Inde omnis excessus, vel modicus quidem, iure meritoque eliminatur, ne sub colore huius distinctionis usuraria prauitas sensim irrepat.

§. XL.

Affertunt, circa antichresin tacitam locationem subesse; iam uero non esse dubium, quin rem suam uilius locare licet, ergo et idem in antichresi licere. Concedo, rem uiliori pretio locari posse; CVIAC. Lib. VIII. obs. 17. BOEHM. l.c. Tacitam uero, quam fingunt, locationem ipse nego ac pernego. Ponamus, fictioni isti locum dari; illa tamen locatio in fraudem legum uergeret, et sic est improbanda.

§. XLI.

Perhibent, fructum incertitudinem efficere, ut multa sustineantur, quae alias non subsisterent. Ea potius incertitudo efficere deberet, ut usurariae, quae eo ipso fouetur, prauitati obex ponatur, eiusque inuolucrum detegatur magis, quam pandatur.

§. XLII.

Aiunt, emtionem spei subesse. u. LAVTERE. *Dissert.* l.c. §. 45. Eandem nego emtionem, et, si facta subesse, eandem pro iniusta ac in fraudem legis statuta habeo.

§. XLIII.

§. XLIII.

Ad aequitatem prouocant, putantes, aequissimum esse, ut, cum anni saepe fructus, ne legitimas quidem usuras aequent, uberiores subinde fructus, creditoribus percipiendi, relinquerentur. Idque eo magis, quo magis commodum pertinet ad eum, ad quem periculum spectat. u. LAVTERB. l.c. L. X. D. de R. I. At enim uero, aequum esse putamus, ut ipsi creditori, cum non sit dominus, damnum, ex sterilitate perpeßum, resarciantur, nisi hic eidem renunciarerit. His positis, regula allegata corruit, nihilque magis aequum est, quam, ut aequalis fructuum ratio habeatur.

§. XLIV.

Affirmant, excessum fructuum ob insignem laborem, in agriculturam quotannis collocandum, non posse attendi, et inde iustius esse, ut, ad compensandas operas sane notabiles, aliquid lucri adhuc supersit. Ast, sumtus aequae ac operas, circa agros colendos factas, ante deduci posse, quis est, qui nesciat. His deductis, ratio demum fructuum habetur.

§. XLV.

Nec opus est, ut cum aliis, inter fructus, ex agro, et inter fructus, ex hortis, pratisque perceptos, distinguas. CARPZOV. P. II. Conſt. 30. defin. 42. Vtrobique eadem est ratio, et sic in omnibus fructibus excessus non attenditur.

§. XLVI.

xxi.

CAVTELIS ELIMINANDA. DE ANTICHRISTUS INJURIA

§. XLVI.

His positis, omnis, uel minimus quidem excessus, usurariae prauitati patrocinatur. Tendit antichresis ad compensandas usurpas. (§. XIX. et XXXII.) Inde eadem non sit usurariae prauitatis inuolucrum.

§. XLVII.

Non desunt leges, quae antichresin detestantur. Ius ciuile, etiam si antichresin foueat, eandem tamen, intuitu agricolarum, reiicit. Nou. XXII. XXXIII. XXXIV. LAVTERB. Diff. I. c. 6. §. 10. CIVIAC. Lib. III. obs. 35. Prohibitio ista, non tam propter inuolucrum usurariae prauitatis, quam hanc ob causam facta censetur, ne cultura agrorum interuertatur, rusticique fundis, simulque potiori suae industriae emolumento defraudentur.

§. XLVIII.

Ius canonicum antichresin modo approbat, modo improbat. Approbat eandem, si fructus in sortem computentur. Improbat, si non computentur. Prinus fit in capit. 1. et 8. X. de usur; posterius fit in capit. 1. et 8. X. de usur. cap. 7. X. de iureiur. cap. 6. X. de pignor.

§. XLIX.

PraxiS imperii, has Pontificum sententias, Seculo XIII. non recepit. Comprobant illud tot opere pignoratorum castrorum, terrarumque imperii diplomata. Confer. S. FRANCII & GUNDLINGII

D

Tractat.

*Tractat. de iure oppignorat. territor. et quidem STRAV-
CHIVM, cap. X. §. 33. it. cap. XI. §. 34. Gvndlingivm,
f. 86. seq. Inde, nec doctrina de usuris improbandis,
licet Pontifices eandem Imperio plus uice simplici
obtrudere studuerint, recipi unquam potuit, donec
tandem, recepto iure Romano, usurarum exactioni,
legibus Imperii, modus fuerit definitus.*

§. L.

Iam, ne utile per inutile uitietur, ne per se licitum
ac iustum prava hominum malitia fiat illicitum
ac iniustum; opus est cautelis, quibus usuraria
prauitas elidatur. Suaderur, omne superfluum a
creditore in fortem imputandum esse. L. III. C. de pign.
act. L. I. C. de distract. pignor. CARPZOV. P. II. Conf.
30. Def. 40. Inde, nonnunquam fit, ut creditores, et
hypotheca, si quae constituta fuerit, et credito exci-
dant, ac ex creditoribus fiant debitores. BERLICH.
P. II. Concl. 1.

§. LI.

Ne tamen, et circa superflui computationem, ob-
variabilem fructuum aestimationem legibus
fraus fiat, optimum esse iudico, si, qui nascuntur,
fructus, singulis annis, per oeconomiae peritos
iuxta pretium, circa res promerciales consuetum,
nach den Marktigängigen Preise, aestimentur, et sic
ex fructibus tantum, quantum legitimum usurarum
modum constituit, retineatur.

§. LII.

§. LIL.

Hac ratione creditor ad rationes intuitu fructuum reddendas obligatur, et ita obligatur, ut non modo intuitu perceptorum, sed et ratione percipiendorum respondere debeat. *L. III. C. de pign. acr. BERGER. Oecon. Jur. Libr. III. Tit. II. §. 15. nov. 3. BACHOV. de pign. Libr. V. cap. 2.* Quod cum maxima pariat incommoda, suadent renunciacionem beneficij reddendarum rationum: Dass der Creditor das Guth nach eigenen Belieben statt der Zinsen nutzen und gebrauchen möge, ohne Ablegung einiger Rechnung, massen ihm dieselbige hiermit per expressum soll erlassen seyn. At enim uero, si quid mihi cernere datum, iudico, renunciationem istam esse usurariae prauitatis pallium, et sic eandem esse improbandam. u. STRYKII *Cautel. Contract. Sect. II. cap. IV. §. 23. GAIL. Libr. II. obs. 4.* Neque ex eadem ratione illam cautelam, qua debitor promittit, se nudo ac simplici creditoris asserto ratione perceptorum fructuum stare uelle, approbo. STRYK. *I. c. CARPZOV. P. I. Conf. 32. def. 29.*

§. LIII.

Rебус ита сese habentibus, appetat, antichresin durabimodum conditione premi. Sua praesertim incommoda propter rationum redditionem; sua allegat incommoda, propter fructuum, qui a creditoribus percipiuntur, aestimationem; sua habet

bet incommoda circa superflui restitutionem; sua
sentit incommoda propter amissionem crediti, non
raro contingentem. His malis ut succurratur, sua-
dant contractum retrouenditionis. Nam circa hunc
creditor sit emtor; et sic, pleno dominio in ipsum
translato, omnes fructus lucratur, nec illos in for-
tem imputat, multo minus rationes reddit, conf.
STRYK. *Cautel. Contract. Seet. II. Cap. 4. s. 25.* Hoc ta-
men remanet incommodum, ut creditor, ceu do-
minus, periculum ipsius rei uenditac sustinere de-
beat. *L. II. in fin. D. ad Leg. Commissor.* Inde suadent,
ut debitor, per expressum pactum, in se pericu-
lum suscipiat: Wie er das Dominium 6. Jahr
auf N. N. transferire, jedoch mit dem Bedin-
ge, daß wenn durch einige casus fortuitos das
Haus, oder das Guth binnen gesekter Zeit ruini-
ret werden solte, er, der uendor, solchen Scha-
den über sich nehmen, und nach verflossenen Kauf-
Jahren nichts desto minder das völlige Kaufgeld
erlegen wolle. STRYK. *I. e. S. 26.*

Quaeres notas, e quibus cognoscere possis, an
contractus pignoratitius, an retrouenditionis
initium sit negotium? Scias, idem illud circa ob-
uenientes causas, non tam ex uerbis contrahentium,
quam ex intentione eorum, aliisque circumstantiis
iudicari. Respicitur inter alia initium cuiuslibet
negoti.

(cxi.)

CAVTELIS ELIMINANDA.

29

negotii. Quoties enim ex primis instrumenti uerbis apparet, emtionem, dissimulata mentione mutui, celebratam esse; u. g. Kund und zu wissen sey hiermit, daß heute dato ein beständiger Wider-Kaufs Contract geschlossen. Nehmlich es verkauft Titius sein Land-Guth Tusculanum an den Sempronium auf 10. Jahr wiederkaufflich re. toties negotium habetur pro uetrouenditione. CARPZ. P. II. C. 1. def. 2. STRYK. l.c. §. 27. et 28. seq. BERGER. Oecon. Iur. Libr. III. Tit. II. f. 15. not. 8. it. Resolut. LAVTERB. p. 222. Quoties uero ab initio mutui, ret. ouenditionis autem ex postfacto minus principaliter fit mentio, toties partes non emtionem, sed contractum pignoratitum iniisse censemur, conf. supra alleg. Dd. Plura momenta communicat BERLICH. P. II. Conclus. 1.

§. LV.

Non improbamus contractum retrouenditionis, si modo idem in fraudem legis, sub inuolucro usurariae prauitatis, non celebretur. Inde aequalis inter rem et pretium ularor intercedat, secus ac STRYKIO l.c. §. 25. et 30. uidetur.

§. LVI.

Melius est, si fundus in antichresin concedendus, habita fructuum ratione, per peritos aestimeatur, et iuxta factam aestimationem iusta pensio

D 3

con-


CLARI

constituatur, pro qua res creditor i sub locationis titulo tradatur. Hic quotannis iustam pensionem, detracta portione, legitimum usurarum modum absoluente, debitori soluit.

§. L V I I .

Cautelis, quibus circa antichresin uitandae usurariae prauitati prospicitur, iurisprudentia consultatoria eo magis indiget, quo magis debitores, summis rerum angustiis pressi, cum ipsorum damno coniuncta paciscuntur; quo magis iniquum, alterum plus iusto onerare, alteriusque bonis propter suum interesse inhiare; quo magis leges usurariam prauitatem detestantur; quo magis denique, remissis frenis, pessimae foenerandi artis nullus erit

F I N I S.



CLARIS-

661.

CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE
DOMINO
SE IDE LIO
DISSERTATIONIS AVCTORI
S. P. D.
PRAESES.

N Vperrime oblatam disserta-
tionem ita TIBI reddo, VIR
CLARISSIME, ut, quoad rem,
nihil fere; quoad rationem scriben-
di uero, passim quaedam immutata
uideas. Etsi enim, quoad rem, non-
nulla hinc inde uel omittenda, uel
supplenda uiderentur; nolui tamen,
quod Tuum est, ex parte mihi tri-
buere. Praedicaui hucusque, inge-
nue fateor, summam diligentiam,
quam in paelectionibus, a me in-
stitutis, exhibuisti. Laudaui eru-
ditionem, quam in excercitiis, quae

a

a me disputandi causa habentur, sat
comprobatam dedisti. Non am-
plius opus erit his encomiis. Hoe,
quod edis, scriptum doctrinae at-
que diligentiae TVAE testis exi-
stet. Publicus, quem subire, animus
est, congressus, in quo mihi otium
facies, datum confirmabit testimo-
nium. Hanc contemplatus pul-
chritudinem, non possum non ad-
modum reuerendo DN. PAREN-
TI TVO de tali filio, in quo spes
futurae felicitatis elucet; mihi uero
de tali Auditore ac Respondente,
qui res suas bene egit, ualde gratu-
tulari. Apprecio, ut publicum hoc
institutum TIBI sit faustum ac
salutare, quo TIBI, absolutis ex uo-
to studiis, eruditionis ac diligentiae
præmia bonorum plausu ob-
ueniant. Vale.

Dab. Vitemb. d. xvii. April.

cic cc xxxiv.

CLARIS

Wittenberg Diss. 1734

ULB Halle
005 847 494

3



Farbkarte #13



D. B. V. 1734
 ATIO IVRIDICA 1764
 DE
CHRESI
 TENVS EST
 E PRAVITATIS
 LVCRVM
 ELIMINANDA
 QVAM
 RESIDENTE
 ARITER AC CONSULTISSIMO
ICO BROKES
 DOCTORE
 ACEPTORE SVO DEBITO HO-
 VERENTIA AETATEM SVMMO-
 E COLENDO
 ALBIM ACADEMIAE
ATIO IVRIDICO
 IS A. Q. S. P. E. CIOCC XXXIV.
 CONSVENTIS
 TIVM EXAMINI SVBMITTET
VCTOR
VS GVILIELMVS
DELIVS
 LVSATVS. I. V. C.
 TYPIS EICHSFELDIANIS.